



SALA STAMPA DELLA SANTA SEDE **BOLLETTINO**

HOLY SEE PRESS OFFICE BUREAU DE PRESSE DU SAINT-SIÈGE PRESSEAMT DES HEILIGEN STUHL
OFICINA DE PRENSA DE LA SANTA SEDE SALA DE IMPRENSA DA SANTA SÉ
BIURO PRASOWE STOLICY APOSTOLSKIEJ دار الصحافة التابعة للكرسي الرسولي

N. 0524

Sabato 19.08.2017

Sommario:

- ◆ Lettera del Santo Padre all'Inviato Speciale alla celebrazione conclusiva del Giubileo Arcidiocesano di Lima, in Perú (30 agosto 2017)
- ◆ Rinunce e nomine

◆ Lettera del Santo Padre all'Inviato Speciale alla celebrazione conclusiva del Giubileo Arcidiocesano di Lima, in Perú (30 agosto 2017)

In data 4 luglio 2017 è stata pubblicata la nomina dell'Em.mo Card. Raúl Eduardo Vela Chiriboga, Arcivescovo emerito di Quito (Ecuador), a Inviato Speciale del Santo Padre Francesco alla celebrazione conclusiva del Giubileo Arcidiocesano di Lima (Perú), in programma il 30 agosto 2017, in occasione del IV centenario della morte di Santa Rosa da Lima.

L'Inviato Speciale sarà accompagnato da una Missione Pontificia composta dai seguenti ecclesiastici:

- Rev.do Don Alberto Jesús *Maraví Petrozzi*, Direttore Spirituale del Seminario Conciliare di "Santo Toribio";
- Rev.do Don Jaime Jesús Calvo Zárate, Cancelliere della Curia Arcidiocesana e Direttore Spirituale della *Hermandad del Señor de Los Milagros* de Las Nazarenas.

Pubblichiamo di seguito la Lettera del Papa all'Em.mo Card. Raúl Eduardo Vela Chiriboga:

Lettera del Santo Padre

Venerabili Fratri Nostro
RADULFO EDUARDO S.R.E. Cardinali VELA CHIRIBOGA

Archiepiscopo Emerito Quitensi

Clarissima sancta Rosa de Lima, quae *sicut lilium inter spinas* (Ct 2,2) crevit, Domini amica facta est ab infantia, eo quod iam puellula Ipsi virginitatem suam vovit et virtutes colere coepit. Inde Beatissimae Virginis Mariae et sanctae Catharinae Senensis exemplo et intercessione concitata, plane vitam suam Deo obtulit, habitu Sororum Tertii Ordinis regularis Praedicatorum assumpto, paenitentiae ac orationi dedita atque zelo ardens peccatores et indigenas cunctos Christo in aeternum lucrificare. Sed etiam omnis creationis amore inflammata, uti sancti Dominici spiritalis filia, animalia, flores, herbas cunctaque viventia ad Creatori laudemtribuendam saepe invitabat. Haud casu igitur ea caelestis Patrona utriusque Americae, Philippinarum et Indiarum occidentalium a Decessore Nostro Clemente X est declarata.

Cum autem proximo mense Augusto quadringentos elapsos annos recordabimur ab illa die iucundissima qua haec Sancta felix ad caelestes nuptias cum divino Sponso pervenit, Venerabilis Frater Noster Ioannes Aloisius S.R.E. Cardinalis Cipriani Thorne, Archiepiscopus Metropoli Limanus, Nos certiores fecit de Anno Iubilari, quo illius in felicioram vitam transitus a Christifidelibus una cum Pastoribus Peruviae et Americae celebratur, simul postulans ut quidam Legatus Noster adforet qui huius fausti eventus exitum Nostra salutatione et benedictione iuvaret.

Permoti quidem petitione eiusdem sacri Pastoris, sed etiam Peruviani populi magni aestimantes fidem et devotionem erga sanctam Rosam ceterosque plurimos sanctos et beatos, qui ista in regione quinque per saecula Evangelium annuntiabant et copiosos fructus spiritalis colligebant, decernimus Purpuratum Patrem illum mittere, qui die XXX proximi mensis Augusti Archidioecesis Limanae Annum Iubilarem sollemniori ritu concludet. Ad te verum fidentes nunc recurrimus, Venerabilis Frater Noster, qui sexaginta annos sacerdotalis compleret ministerii et quadraginta quinque per annos Episcopi digne fers onera, et Patronam hanc devotione prosequens et populum fidelem sincere diligens. His proinde Litteris te, benemeritum Praesulem, Nostrum Missum Extraordinarium ad memoratam celebrationem libenter destinamus.

Die igitur XXX mensis Augusti dictis liturgicis celebrationibus Nostro nomine praesidebis Nostramque benignam Pastoribus et Christifidelibus congrue significabis salutationem. Populum congregatum hortaberis ad ferventem erga sanctam Rosam de Lima devotionem, ut ipsa a Deo plurimas impetret gratias in bonum tum universae archidioecesis Limanae tum etiam aliorum hominum sive in Peruviae regionibus sive in toto terrarum orbe. Cuius patrocinium et Nostro summo Petrino ministerio exposcatis humiliter rogamus. Denique Benedictionem Nostram Apostolicam imo ex corde tibi imprimis, Venerabilis Frater Noster, faustam sexagesimam anniversariam presbyteralis ordinationis memoriam hodie laetanti animo celebranti, deinde dilectis Pastoribus ac filiis et filiabus illic congregatis omnibusque faustum hunc eventum participantibus amanter dilargimur.

Ex Aedibus Vaticanis, die XXVIII mensis Iulii, anno MMXVII, Pontificatus Nostri quinto.

FRANCISCUS

[01164-LA.01] [Testo originale: Latino]

◆ Rinunce e nomine

Nomina del Legato Pontificio per la celebrazione dell'VIII centenario della consacrazione della Basilica dell'Abbazia cistercense di Casamari (15 settembre 2017)

Il Santo Padre Francesco ha nominato l'Em.mo Cardinale Pietro Parolin, Segretario di Stato, Suo Legato per la celebrazione dell'VIII centenario della consacrazione della Basilica dell'Abbazia cistercense di Casamari (Italia), che si terrà il 15 settembre 2017.

[01165-IT.02]

[B0524-XX.01]
